Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



est illis si sic permaneant sicut
ego. Quod si se non continere
nubant: melius est nubere
In illo tem. Lucas: qui uni.
Cum esset ihus in una ciu
tate: ecce vir plenus lepra. Et
videns ihm et procidens in fa
cem rogavit eum dicens. Do
mine si vis potes me mundare.
Et extendens manum tetigit
illum dicens. Volo mundare.
Et continuo lepra de
cessit ab illo. Et precepit il
li ut nemini diceret: sed va
de ostende te sacerdoti et offer
mundatione tua. si
cut preceptum moyses in testimo
nium illis. Perambulabat autem
magis sermo de illo: et con
veniebant turbe multe ut
audirent et curarentur ab infir
mitatibus suis. Oratio qsi
Deus qui nos ad tanta
in tantas penalis con
stitutos pro humana cas
tigatione non posse subsis
tere nobis salutem mentis et
corporis. ut ea que peccatis nos
patimur te adiuvante vitemus.
Lectio. Ad Romanos. P.
Nemini quicquam debeatis
nisi ut invicem diligatis.
Qui enim diligit proximum suum
legem implevit. Nam non
adulterabis. non occides. non
furaberis. non falsum testimo
nium dices. non concupiscis rem
proximi tui: et si quod est aliud
mandatum in hoc verbo instau
ratur: diliges proximum tuum sicut
teipsum. Dilectio proximi ma
lum non operatur. Plenitudo
ergo legis est dilectio. Sim
In illo tem. Ascendente
Matheus
ihu in navicula sequu
tus sunt eum discipuli eius. Et
ecce motus magnus factus est
in mari ita ut navicula opri
meretur fluctibus. Erat enim ille
ventus contrarius. Ipse
vero dormiebat. Et accesserunt
discipuli eius et suscitaverunt
eum dicentes. Domine salva
nos perimus. Et dicit eis ihs
Quid timidi estis modice
fidei: Tunc surgens ihs
imperavit ventis et mari: et
facta est tranquillitas magna
Porro homines mirati sunt
dicentes. Qualis est hic qua
venti et mare obediunt ei.
Concede quesumus omnipotens deus
ut huius sacrificii munus
oblatum fragilitate nostra